



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

24. Feria 4. Domin. 2. Epiph. Ordinatur potentia irascibilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

quid tam charum esset, atque pupilla oculi:
Nam quis magis negavit, qui Christum ve-
xatus, an qui delectatus amisit? Memor D.
August. Serm. 32. *Qui dat pro modica delecta-
tione illud, pro quo Christus se tradidit, stultum
reputat Christum mercatorem.*

MEDITATIO XXIV.

Feria 4. Dom. 2. Epiph.

Ordinatur potentia irascibilis.

Avdiam D. Iesum præcepto negativo iram
coërcentem, Petã præceptũ ejus assequi.

Conf. 1. Potentia irascibilis inordinata,
quia tollit amorem, qui debetur proximo,
ordinatur vetando non solum odium, sed
etiam iram triplicẽ, calumniæ, verbi, cordis,
quando quis optat puniri proximum indebi-
to fine, repugnante honori Dei, & charitati
proximi, quæ ira censetur lethalis, estque
causa multorum malorum, imprecationis,
blasphemix, odij, cui meritò debetur ge-
henna, quæ tristitiam significat, ira autem
ex tristitia oritur.

Conf. 2. Infelicissimum illum duorum
Theologorum Concionatorum Regulariam
casum, quem refert Marcellus Honoratus.
Parte 2. vit. Chri. cap. 45. è Chronic. S. Franc.
Erant sibi offensi, unòque moriente, & de-
precatum mittente ad alterum, cum istè nol-
let,

42 Feria 4. Dom. 2. Epiph.

let, sed infirmum persequi usque ad finem vitæ vellet: hoc super responso infirmus iram lethalem renovavit, in eaque mortuus, & damnatus est. Hortibili deinde umbrâ comparens altâ voce illum se esse falsus nuper in odio defunctum Theologum Prædicatorem, salvandum nisi irremissioni alterius offensæ odium renovâset. Quocirca vivum continuò secum ad inferos rapuit, ubi ambo iris sine fine in se mutuò sæviant.

Conf. 2. Non minus infelicem casum inter Nicephorum & Sappricium, quando veniam petenti Nicephoro, Sappricius dare nolens fidem perdidit, Sanctus autem Nicephorus Laureolâ Martyrij coronatus est. Verè igitur ait D. Chrysost. in c. 13. *Match. Odium spiritus est tenebrarum.* Audiam Psalmistam Psal. 36. *Desine ab ira:* & magis D. Iesum, de quo Tertullianus Lib. de Pat. c. 2. *Nihil de impatientia hominis imitatus est,*

MEDITATIO XXV.

Feria 5. Dom. 2. Epiph.

Ordinatur potentia rationalis voluntatis circa gloriam.

Audiam D. Iesum vanam gloriam coërentem. Petam doctrinam ejus assequi.

Conf. 1. Vanam gloriam semper esse vitium inter omnia carnalia subtilius: est enim hostis